

Remanent igitur duo modi vel quod intelligamus ex pecuniis partem temporis pro toto anno computari, & hoc modo soluit Frater Lucas & non conuenit modus talis est, ex 60 libris primo anno lucratur 3, fiant 63- deducas 23, remanent 40, in secundo anno ex 40. libris deducuntur 2, & fiant 42. deme 23. remanent 19. & quia ille retinet 19. libras tertio anno licet non toto quia cuius extinguntur dat tamen Frater Lucas redditum totius anni videlicet  $\frac{19}{20}$  vnius libræ, fiant igitur libræ  $19\frac{19}{20}$  & qualis pars est  $19\frac{19}{20}$  de 23. talem partem accipies de anno quæ faciliter habebitur ducendo  $19\frac{19}{20}$  & similiter 23. per denominatorem & fient  $\frac{300}{400}$  vnius anni & ni tanto tempore locatio nec finietur hoc modo.

Si vero rectius velis examinare ut sicut ille non habet censum è domo nisi pro tempore locationis. ita alius non debet trahere ex pecuniis pro toto si finiantur ante ipsum, dic igitur ut prius pro duobus primis annis: in tertio remanebunt 19. libræ quas promereri facies tantum pro tempore quo ille manebit in domo, cum igitur census domus sit libræ 23. oportebit igitur ut tempus illud sit tale quod faciat promereri ex redditu totius anni & est  $\frac{19}{20}$  talem partem quæ addita ad 19. proportionem obtineat ad 23. qualis est pars. ipsum tempus totius anni.

Hanc autem partem inuenies ex regula centesimatrigesima sexta capituli 42. sic detraho  $\frac{19}{20}$  ex 23. fit  $22\frac{19}{20}$  diuide per 19, exit  $1\frac{61}{380}$  siue  $\frac{441}{380}$  & hic est numerus quæstus, nam acceptâ parte siue diuisio 23. per  $\frac{441}{380}$  ex eunt  $19\frac{361}{441}$ , diuisio autem  $\frac{19}{20}$  per  $\frac{441}{380}$  ex eunt  $\frac{361}{441}$ , quæ addita ad 19. faciunt  $16\frac{61}{441}$ . Vnde nota quod diuidere  $\frac{19}{20}$  per  $\frac{441}{380}$  non est nisi econtrario diuidere  $\frac{380}{19}$  per 20. & quod exit ducere in 19. & fit 361. & ponere numeratorem 441. diuisoris, pro denominatorem, & hoc nota exemplum aliud volo diuidere  $\frac{17}{24}$  per  $\frac{47}{96}$  dico è conuerso facias diuide 96. per 24. exit 4. duc in 17. fiant 68. & ita  $\frac{68}{47}$  exhibunt ex tali diuisione, igitur in proposito fuerunt  $\frac{441}{380}$  de 23. & solui  $19\frac{361}{441}$  & hoc fuit tanta pars de 32. quantum fuit tempus de anno. videlicet  $\frac{2742}{1914}$ ; posset etiam fieri per rem sed est difficilior.

## C A P V T L V.

### *De Transmutationibus.*

**R**Es transmutationum cognoscitur in quatuor modis. Primus est ut sit simplex. Secundus ut sit cum parte pecuniae. Tertius est ut sit cum expectatione temporis, & ex his componitur quartus modus & est ut sit cum parte pecuniae, & expectatione temporis simul. In his autem modis 6. queruntur primum quando æqualiter fiat transmutatio secundum si facta sit ex quo facta est. Tertium quis lucratur aut Perdit & quantum quartum quantum pro 100. quintum ex quo debet fieri ut lucratur certam portionem sextum quomodo fieri debet aut facta fuit nam hæc semper sunt. Item ut lu-

cretur tantum pro centum sunt igitur modis omnes 24. sunt & alij modi sed ex his pendent omnes enim minutias velle expōnere est infinitum si igitur quis dicat quidam vult dare lanam valoris 10. pro 12. ego habeo talam valoris 7. quantum pone re debeo dic si 10. producit 12. quid producet 7. duc 7. in 12. fit 84. diuide per 10. exit  $8\frac{2}{5}$  & hoc est pretium.

Secundum dixit quidam posuit lanam valoris 10. pro 12. & recepit telam valore  $8\frac{2}{5}$  & fuit transmutatio æqualis quantum tela valuit duc conuerso modo  $8\frac{2}{5}$  in 10. fit 84. diuide per 12. exit 7. & tantum valuit.

Tertium quidam dedit quod valebat 5. pro 6. & recepit quod valebat 14. pro 17. dicitur autem valor duplex: aut pretium quo in pecunia vendi solent merces: aut pretium quo res ipsa prius aut facta aut empta fuit à mercatore, vt rous modo nil refert, & potest vtrumque capitale appellari. Quero igitur quis lucratur ex eis: & quantum: primo quæ pretium æquale per primam ducendo si 5. producit 6. quid producet 14. duc 14. in 6. fit 84. diuide per 5. exit  $16\frac{4}{5}$ : & tantum debuit ponere quod valuit 14. & posuit 17. igitur ex 14. vel ex  $16\frac{4}{5}$  lucratur  $\frac{1}{5}$ . nam 17. excedit  $16\frac{4}{5}$  in  $\frac{1}{5}$ .

Quartum & si volueris scire quantum pro centum, ille de 17. lucratur: vel intelligis de capitali id est respectu 14. vel de pretio appretiatio & est  $16\frac{4}{5}$ : vtroque autem modo duc  $\frac{1}{5}$  in 100. fiant  $\frac{100}{5}$  hoc si diuiseris per  $16\frac{4}{5}$ . exibit verum pretium lucri quod erit  $1\frac{4}{5}$  si vero diuiseris per verum capitale exibit appretiatum: verum capitale est 14. diuide  $\frac{100}{5}$  per 14. & est dicere diuide 20. per 14. exit  $1\frac{3}{7}$ : & hoc est lucrum appretiatum: quin igitur dicas ex  $16\frac{4}{5}$  lucratur  $\frac{1}{5}$  hoc est verum pretium, quia vendet ex illa commutazione in pecunia quod vendidisset  $16\frac{4}{5}$  vendet 17. & ita lucrabitur  $\frac{1}{5}$  de suo capitali si vero dicas quod lucratur  $\frac{1}{5}$  de 14 hoc non est verum quia illud  $\frac{1}{6}$  in rei veritate tanto minus vendet in pecunia numerata quanto ille quia dedit 5. pro 6. apprecauit  $\frac{1}{5}$  quod in rei veritate tamen valebat  $\frac{1}{6}$  in pecunia numerata siue igitur dicas lucratur de  $14\frac{1}{6}$  siue de  $16\frac{4}{5}$  lucratur  $\frac{1}{5}$  idem est, nam vtrumque est  $\frac{1}{6}$ : ad inueniendum igitur verum lucrum in capitali quin diximus lucratur ex  $16\frac{4}{5}$  ipsum  $\frac{1}{5}$  volo scire quid in rei veritate lucretur: duc lucrum  $\frac{1}{5}$  per capitale 14. fiant  $1\frac{4}{5}$  hoc diuide per appretiatum quod est  $16\frac{4}{5}$  ex eunt  $\frac{1}{6}$ , & tantum lucratur in veritate & ita declaro hoc.

Sit ut vnu ponat quod valet 4. pro 7. & alius quod valet 5. pro 7 certum est quod facta commutazione ille qui dedit 4. & recepit 5. lucratur  $\frac{1}{4}$  sui capitalis in veritate & hoc est 25. pro 100. sequere igitur regulam dicendo si 5. ponitur 7. quantum ponetur 4. exhibunt 5.  $\frac{3}{5}$  igitur ex 4. lucratur residuum  $1\frac{2}{5}$ , illud tantum residuum in pecunia non est nisi 1. tantum: duc igitur  $1\frac{2}{5}$  in 4. fit  $2\frac{8}{5}$ , diuide per  $5\frac{3}{5}$ , exit præcise 1. igitur tamen lucratur, pro inueniendo quantum pro 100. dic fit 5.  $\frac{2}{5}$  lucra-